
Prüfungsteilnehmer

Prüfungstermin

Einzelprüfungsnummer

Kennzahl: _____

Kennwort: _____

Arbeitsplatz-Nr.: _____

**Herbst
2022**

62410

**Erste Staatsprüfung für ein Lehramt an öffentlichen Schulen
— Prüfungsaufgaben —**

Fach: **Latein (vertieft studiert)**

Einzelprüfung: **Übersetzung Latein/Deutsch**

Anzahl der gestellten Themen (Aufgaben): **1**

Anzahl der Druckseiten dieser Vorlage: **2**

Bitte wenden!

Der folgende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen!

Bei der Fertigung der Reinschrift der Übersetzung für Korrekturzwecke jede zweite Zeile frei lassen!

Die Eroberung der etruskischen Stadt Veji

Camillus erobert nach zehnjähriger Belagerung die Stadt Veji, indem er einen Tunnel bauen lässt, in welchem die römischen Soldaten unter den Stadtmauern hindurch direkt auf die Burg gelangen.

Cuniculus¹ delectis militibus eo tempore plenus in aedem Iunonis, quae in Veientana arce erat, armatos repente edidit, et pars aversos in muris invadunt hostes, pars claustra portarum revellunt, pars, cum ex tectis saxa tegulaeque a mulieribus ac servitiis iacerentur, inferunt ignes. Clamor omnia variis terrentium ac paventium vocibus mixto mulierum ac puerorum ploratu complet. Momento
5 temporis delectis ex muro undique armatis patefactisque portis cum alii agmine inruerent, alii desertos scanderent muros, urbs hostibus impletur; omnibus locis pugnatur; deinde multa iam edita caede senescit pugna, et dictator praecones edicere iubet, ut ab inermi abstineatur. Is finis sanguinis fuit. Dedi inde inermes coepti et ad praedam miles permissu dictatoris discurrit. Quae cum ante oculos eius aliquantum² spe atque opinione maior maiorisque pretii rerum ferretur, dicitur manus ad caelum
10 tollens precatus esse, ut³, si cui deorum hominumque nimia sua fortuna populi Romani videretur, ut³ eam invidiam lenire quam minimo suo privato incommodo publicoque populi Romani liceret. Convertentem se inter hanc venerationem traditur memoriae prolapsus cecidisse; idque omen pertinuisse postea eventu⁴ rem coniectantibus visum ad damnationem ipsius Camilli, captae deinde urbis Romanae, quod post paucos accidit annos, cladem. Atque ille dies caede hostium ac direptione
15 urbis opulentissimae est consumptus. Postero die libera corpora dictator sub corona vendidit.

Hic Veiorum occasus fuit, urbis opulentissimae Etrusci nominis, magnitudinem suam vel ultima clade indicantis, quod decem aestates hiemesque continuas circumsessa, cum plus aliquanto cladum intulisset quam accepisset, postremo iam fato quoque urgente operibus tamen, non vi expugnata est.

1 cuniculus: unterirdischer Gang 2 aliquantum: zu maior/majoris, Z. 9 3 ut ... ut ...: nur einmal zu übersetzen 4 postea eventu: im Nachhinein aufgrund des Ausgangs